



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

47. De apparitione cuiusdam militis, qui Ecclesiam ornamentis & vestim[en]tis sacerdotalibus in bello, vt sit, spoliauerat, eiusque pœnis, earundemque remediis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

uato vsui necessaria videbantur, petrus
facere volens, conductis quodam die operariis
obicem lapidum ab ostio remouebat. Erant
tē & ipse pro posse suo, acer Ecclesiarum pe-
secutor, & vbi parua occasio occurrebat, in
earū misibus diuersis vexabat. Dum igitur
operi iam dicto instaret, ecce inuisibiliter de
bulo raptus, ac ridentibus qui aderant ma-
to in aëra spatio subleuatus. Sed confestim
missus, corruit, eiusque corpore grauiter
liso, brachium quoque illius subita illa ruit
fregit. Quod videntes socij, rursus foras
ostij, quod aperire cœperant, lapidibus ob-
rauerunt, & ad perennem vtriusque pro-
memoriam, clausura perpetua damnauerunt.

*Petrus venerabilis lib. 1. cap. 28. miraculum
apparitione cuiusdam militis, qui Ecclesiam
mentis & vestimentis sacerdotalibus, in bello
fit, spoliauerat, eiusque panis, earundemque
dij.*

CAP. XLVII.

EST in Hispanijs nobile & famosum cast-
ellum, quod & propter congruum situm, &
fertilitatem adiacentium terrarum, & mu-
tudinem inhabitantium incolarum, quibus
bus proxima castella exsuperat, vt astita, in
incongruè Stella vocatur. In hoc castello qu-
dam Burgensis fuit, qui Petrus Engelberti
cabatur. Hic strenuitate famosus, & seculari-
bus rebus abundās, totam vsq; ad senium fer-

nam in saeculo duxit. Tandem tactus, ab illo, qui ipse vbi vult, saeculo renunciauit, atq; in monasterio, quod apud Nazarum sub Cluniacensi iure & regula constructum est, habitum monasticae professionis suscepit. Quo cum ego post duos annos conuersionis eius peruenissem, audiui eum memorandam visionem narrauit. Cuius quidem fama ad nos ante peruenerat, sed quis esset eius relator, non dixerat. Hoc cum accepissem, vbi esset tantae visionis relator sollicitus inquisui, atque eum in quadam cella Nazareni monasterio subdita, satisq; contigua, commorare audiui. Ad quem locum cum me itineris necessitas perduxisset, vidi hominem, cui & aetatis maturitas, & morum gravitas & cunctorum attestatio, ipsaq; niuea castitas, fidem integram constantem praebere suadebant, omnem tum dubietatis scrupulum tam a corde meo, quam a cordibus omnium excludere volens, coram venerandis Episcopis, Olorrensi & Oximensi, coram socijs nostris, multae religionis & scientiae personis, ac quibusdam alijs, eum conueni, & quod veritas perdat omnes, qui loquuntur mendacium ostendens, multaque similia ad eum ne mentiretur deterrendum adiungens, vt quod certum de visione illa sciebat, narraret. Non solum admonui, sed etiam in virtute obedientiae, qua mihi vt monachus Abbati subditus erat, iniunxi: Ad quod ille, quod adhuc prorsus nos omnes latebat

bat, adiciens; Ego (ait) istud quod à me ce-
 tis, ab alio non accepi, sed ipse propriis
 oculis vidi. Quo audito, multo magis
 rati sumus, habentes iam non alienorum
 borum relatores, sed rei ipsius certissimos
 inspectores. Vnde magis magisque ad quæ-
 dū instigati & ad audiendum intenti, mor-
 pati ultra non potuimus, sed ut quod videret
 enarraret, eum omnes compellere coepimus.
 Volo autem eum loquentem introducere
 quicumque hoc legitis, vel auditis, non solum
 sensum verborū, sed & ipsa verba ab eis
 vos putetis audire. Tempore (inquit) quædam
 Aragonensis Alfonso, regni maioris
 Hispaniarum regis iam mortui obtinuerat
 tigit ut contra quosdam qui in regione
 Castilla dicitur, ei repugnabant, exercitum
 commoueret, & ut de singulis regni sui
 bus, singuli illuc pedites vel equites ducerentur,
 edicto sanciret. Ego præcepto comitis
 vnum ex mercenarijs mercede mihi serui-
 bus Sancium nomine, ad exercitum delin-
 ui. Paucis post diebus decursis, omnibus
 qui expeditioni illi interfuerant, ad propo-
 redeuntibus ipse quoque domum reuertens
 Non longo deinceps tempore elapso morbo
 mano morbo correptus, nec diu cum morbo
 luctatus, defunctus. Inde post quatuor
 menses ex quo è vita recessit, dum apud
 lam in domo mea hyemali tempore
 ignem

in lecto iacerem, subito, iam dictus Sancius, circa mediam noctem mihi adhuc vigili apparuit. Qui assidens, & carbones, quasi ad calefaciendum vel ad clarificandum, huc illucque reuersans, multo magis, se mihi cognoscibilem demonstrabat. Erat autem nudus & absque omni vestitu, excepto pecto vilique tegumento, quo velut inhonesta corporis obuclabat. Quem cum vidissem, quis inquam es tu? At ille humili voce, ego sum, inquit, Sancius famulus tuus. Quid inquam hic agis? Vado (inquit) Castellam, interea, meum multus exercitus comitatur, vtrubi delinquimus, ibi & delictis pœnas debitas exsoluamus. Et cur inquam huc diuertisti? Est, inquit, mihi spes veniæ, & si misereri volueris, ceteriorem mihi requiem comparare poteris. Quomodo, inquam? Quando, inquit, nuper expeditioni quam nosti, interfui, hostili inuita licentia, Ecclesiam quandam cum quibusdam sociis inuasi, quæ intus inuenta sunt, diripi, vestimenta insuper sacerdotalia mecum rediens adsportaui. Pro quo specialiter tuis pœnis subactus affigor, & remedium a te, sicut à Domino meo, quantis possum precibus imploro. Nam poteris mihi subuenire, si beneficiis spiritualibus me studueris adiuuare. Rogo insuper, vt dominam meam, vxorem tuam, ex mea parte, mea functus vice deprecis, ne octo solidos, quos pro seruitio meo,

meo, mercenario iure mihi debebat, reddere
iam moretur, & quod necessitatibus carere
adiuerem reddidisset, animam meam longe
plius his egenti, erogando eos pauperibus
giatur. Iam ego tali eius colloquutione
magis animatus, quid inquam, de conu
nostro Petro Deioca nuper defuncto
est? Rogo, ut si quid de illo nosti, aperias
lum (ait) opera misericordiae, frequenter
dem, sed maximam praeferunt famis tempore
pauperibus impensa, beatorum requiriti
xerunt, & vitae aeternae participem effectum
Cumque eum tam promptè & facile mihi
spondere audissem, adieci. Et de Berneris
cociue nostro, ante paruum tempus similia
ut nosti, defuncto, aliquid tibi notum est illi
(inquit) infernus possidet, quia ad dirimenda
lites & iudicia terminandas huic villae praes
tus, multa saepe muneribus aut gratia
iniuste iudicauit, & quia cuiusdam pauperis
quodam tempore baconem unum quatuordecim
que vitae eius subsidium, crudeliter auferre
timuit: Tunc longè amplius ad maiora quae
da animi seruore succensus, adiunxit. De re
nostro Alfonso ante paucos annos defuncto
tibi aliquid notum esse potuit: Ad haec quidam
alius in fenestra capiti meo proxime suspens
sita residens, Noli, ait, hoc ab isto querere, quia
ignorat, quoniam recens eius ad partes nostras
aduentus hoc ei notum fieri non dum pecunia

Mhi verò, cui à die obitus mei quinquennalis
 rituiusmodi spiritibus mora, plura quam isti
 nouiter nota fecit, quod de rege quæris, igno-
 rans esse non potuit. At ego rursus nouæ vocis
 rauitronitus, ac videre cupiēs vocis autho-
 ritate conuerti oculos ad fenestrâ, adiutusq; lunæ
 splendore, quæ lumine suo omne tunc domus
 interior clarè illustrabat, conspicio hominem
 in inferiori fenestræ margine residentē, quem
 in eodem habitu, quò alium videram, cernēs,
 Et tu inquam quis es? Ego, inquit, eius quem
 adspicis socius sum, & Castellam cum isto &
 multis alijs proficiscor. Et tu, inquam, de rege
 Alfonso, vt dicebas aliquid nosti. Noui (in-
 quit) vbi fuerit, sed verò vbi modo sit, nescio.
 Nam aliquam diu tormentis acerbis inter reos
 cruciatus, postmodum à Cluniacensibus
 monachis inde sublatus est. Exinde verò quid
 de eo factum sit, prorsus ignoro. His dictis ad
 socium, qui igni assidebat verba conuertens,
 ait. Surge, & iam iter incoeptum peragere inci-
 pimus. Ecce enim iam omnes vias, quæ iatra
 vel extra castellum sunt, subsequens nos exer-
 citus sociorum impleuit, & iam multis velo-
 cissimè prætergressis, vt festināter eos sequi de-
 beamus, vrgemur. Ad hanc vocem Sancius sur-
 rexit, & flebili voce, quod prius rogauerat in-
 geminans, Rogo, inquit domine, ne mei ob-
 liscaris, & vt dominam meam coniugem
 tuam, quatenus quod corpori debebat, mise-

misera animæ meæ restituat, oro sollicitè
 exhorteris. His dictis, statim viros, discipulos
 At ego mox coniugem iuxta me in lecto
 mientem, citata voce exsuscitans, priusquam
 quod videram vel audieram, narrarem,
 rogavi vtrum aliquid Sancio communi
 mercenario pro mercede deberet. Quam
 dente, quod ego nō dum ab aliquo nisi à
 tuo audieram, se videlicet eidem Sancio
 octo solidos debere, nequaquam ultra
 re potui, cui fidem omnimodam & mortu
 latio, & mulieris confirmatio conferebant
 sto mane, octo illos solidos à coniuge
 ens, & de meo quod congruum visum est
 dens, pro eius, qui apparuerat salute pauper
 bus distribui, & sacrarum Missarum adu
 ria, ei à sacerdotibus mea prece & studio imp
 sa, ad pleniorē peccatorum eius remissio
 nem adauxi. Hanc tam clarā & commo
 bilem visionem, velut verbum è verbo
 mens, ad ædificationem fidei & morum
 modernis quàm posteris fidelibus necessa
 misi: & quanta cautela mortalibus necessa
 sit, mortuorū ipsorum testimonio declar
 Non parū autē, imò maximè veritati huius
 sionis attestatur, quod mortuo dictū est.
 fonsum regem à Cluniacensibus monachis
 sublatum & à tormentis consimilium eorum
 creptum. Nam quoddam omnibus penè Hispani
 & Gallis populis notum est, idem rex Cluniac
 centis Ec
 edit. m
 eiem m
 guicent
 regum c
 Cluniac
 bo Fred
 m felice
 Cluniac
 duo mor
 dixit.
 Cluniac
 de omni
 sent, regi
 remē em
 rem ex p
 hoc stud
 etiam ser
 compara
 areni pr
 mona in
 illicatio
 rorem, &
 ps illi m
 rex re de
 ab his cri
 lis ei mis
 serus su
 quorum

ensis Ecclesia magnus amicus & benefactor
 edit. Ut enim innumera alia pietatis opera
 eodem monasterio ab eo impensa taceam, ma-
 gnicentissimus & famosus rex censualem se-
 regnamque suam Christi pauperibus eiusdē
 Christi amore fecerat, & tam à se quàm patre
 suo Fredelanno constitutum censum, ducen-
 tis scilicet & XL. auri uncias, singulis annis
 Cluniacensi Ecclesia persoluebat. Præter hæc,
 duo monasteria in Hispaniis ex proprio con-
 struxit. Alia à quibusdam aliis personis con-
 strui permisit, & ubi construerentur, adiuuit.
 Cluniacenses monachos in illis ponens, & va-
 le omnipotenti Deo regulariter seruire pos-
 sent, regia liberalitate affluenter largiens. Et
 præcæ emortuum monasticæ religionis seruo-
 rem ex parte in Hispanijs reparauit, & sibi
 hoc studio post regnum temporale, regnum
 etiam sempiternum, uti dignum est credere,
 comparauit. Obtemperauit rex benignus regis
 æterni præcepto, faciens sibi amicos de mam-
 mona iniquitatis, à quibus amicis finita regni
 villicatione, secundum iam dictæ visionis te-
 porum, & à pœnis ereptus est. Quid enim ma-
 gis illi misericordie iustitiæ congruere potuit,
 quæ reddit unicuique iuxta opera sua, quàm ut
 ab his eripi videretur, quibus subuenerat: ab il-
 lis ei misericordia impenderetur, quibus mi-
 serus fuerat: ab his beatæ vitæ restitueretur,
 quorum in miseriis præsentibus vitam largis
 subu-

subsidijs sustentaverat: Verè, non felix
de cælis à Ioanne audita: Opera mortuorum
sequuntur illos, quod in isto rege apparet
quem per opera misericordiae velut per
quibus impensa est, à tormentis eripuit. Ad
quies beatorum spirituum sociavit.

*D. Gregorius Turonensis Episcopus lib. 4. cap. 19.
miraculis D. Martini. De Chariberto rege.
Ecclesiasticos innasit, eiusque divina vultus.*

CAP. XLVIII.

Charibertus rex, cum ex his clericis
ecclesias Dei negligeret, despexitque
cerdotibus, magis in luxuriam declinavit.
gestum est eius auribus, locum quemdam
basilica sancti Martini diuturno tempore
tinebat, sibi suo iuri, reddique debere.
autem illi Navicellis nomen Prisca
indiderat, qui accepto iniquo consilio, per
velociter misit, qui Remiculam illam
minio subiugarent. Cumque hæc recte
dens videretur habere, iussit in locum
stabularios cum equibus dirigi, ibique
æquitatis ordine præcepit equos alii. Accedentes
ergo pueri, fœnum, quod coaceratum
fuerat, accipiunt in equorum expensas. Cum
inijunctum studiosè ageretur servitium, appropinquant
equi appositum fœnum cepissent expellere,
corripuntur rabie. Et frementes ad ianuas
diruptis loris, per plana profiliunt, & in
vertuntur, & sic malè dispersi, alij exacerantur.